

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mirabile siue miraculum I
cum fonte primo

Caritatis et pietatis miracula amate
que tanto securiora sunt, quanto et
occulta; et de quibus apud Deum eo
maior fit retributio, quo apud homines
minor est gloria.

Gregorius in omelia.

Nolite ergo, fratres carissimi, amare signa
quae possunt cum reprobis haberi
communia; sed haec quae modo diximus
caritatis atque pietatis miracula amate,
quae tanto securiora sunt, quanto et
occulta, et de quibus apud Dominum eo
maior sit retributio, quo apud homines
minor est gloria.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2, 29, 4 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.249, ll.115-119).